

tibus nec stetit, nec stare, nec staturum esse, cō-  
stanter dennò repetivit, Idolomania, superstitionum, satisfactionū, & uno verbo, nugarum Pontificiarum osor fuit acerrimus, firma fiducia innixus solo merito sanguinis Iesu Christi, filij DEI, qui nos ab omni & pœna & culpa eluit. Hoc n. sacrosancta Biblia, quæ semper in oculis habuit, ut paulò supra monuimus, unicè docent demonstrant. Nihil omninò moratus impudentiam rasi & rabiosi gregis, Soterico sibi nomine blandientis, qui muscerdam suā, tanti Principis nomen in abusum trahentes, propipere nuper ausi sunt vèdere. Quid moror? Pacem et trāquillitatem, cum puritate fidei et veritatis conjūctam habuimus in Ecclesijs & Scholis hæctenus optatā, & optatiorem fortassis, quā quorūdam optavit invidia.

Barnimus  
liberalis  
erga Do-  
ctos.

Et quam pius erat Princeps, tam etiam liberalis erat erga Doctos, impensè literis & ijs qui literas coluerunt delectatus. Meministis quam sollicitè curam egerit Pædagogij nostri illustris: meministis quanta animi propensione acceperit, non ita dudum Gymnasticen Comicam, quam à suis alumnis vidit exhiberi. Accepit hoc ingenuum ingenuorum hominum Exercitium, non tantum animi clementia, sed & liberalitate. Memini etiam paulò prius Iohannis Wolfij, cujus centenarios serenissimo accepit vultu. Et hîc mei ipsius quoq; ut mētionem faxim, veniam date: Nam & ego tanti Principis, quod honoris causa recēseo, expertus sum Magnificentiam, rumpantur ut ilia Momo, Mimo, Mastygi.

Porro